Si creditor debitori successerit ex parte.

14. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

LIcet adieris patris hereditatem, & confusione [1] pro parte, qua eidem successeris, extinguatur actio, quam tibi [adseris] competere, eo quod ex administratione tutelæ [2] multa eum debuisse [3] contendis, pro residuis tamen partibus coheredes convenire non prohiberis: & fundum a [4] te relictum eatenus, quoad deducta quarta residui substantia patitur, præstare necesse habes. Dat. 6. Kal. Octob. *Viminacii*, AA. CONSS. 293.

De instrumentis prædiorum.

Nec de dote prædiorum, nec de instrumentis Falcidia detrahitur. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI prædiorum [5] dotis apud te jure remanentis instrumenta verbis precaris, vel testamento, vel codicillis uxor tibi dari mandavit, ejus judicium successores implere compellentur: cum instrumentis [6] prædiorum domino relictis Falcidiæ nulla possit intervenire quæstio. Supposita 16. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si testator non sit solvendo.

16. Iidem AA. & CC. Diomedi.

SUccessores legata, vel fideicommissa, si æs alienum hereditarium defuncti substantiæ [7] fines occupaverit, legis Falcidiæ jussio peti, item Trebelliani Senatusconsulti præceptum exigi non concedit. S. 16. Kal. Februar. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De detractione Falcidiæ.

17. Iidem AA. & CC. Cajo.

ACoheredibus [8] relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præstitutus patitur, posse peti, certissimi juris est. Suppos. 5. Kal. Novemb. *Anchiali*, CC. CONSS.

De eo, quod heres jussus est dare, antequam adeat.

18. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis quadringentorum forte solidorum habens substantiam, jusserit, *heredem non [9] aliter adire hereditatem, nisi prius trecentos octoginta solidos cuidam persolvat*, vel *aliam quantitatem*, quæ deminuere Falcidiæ rationem potest: sancimus, heredem, si adierit, legis Falcidiæ beneficio sustentatum, replere [10] quidem, quod ad Falcidiam deest: & prius eo dato vel retento, sive una datio est, quæ celebrari disposita fuerit, sive in multas dividitur personas, præfatæ legis immutilatum habere beneficium. Si [11] enim cum mortis [12] causa donatio procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, heres post aditionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum legis Falcidiæ corporaliter [13] quidem data est, lege autem in patrimonio testatoris permansit: quare non in præsenti casu & viventibus & morientibus providemus, & eorum ultima elogia conservantes, & commodum hereditarium non minuentes? Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Si heres legata solverit, vel solvere promiserit.

19. Idem A. Joanni P. P.

CUm certum sit, heredem, qui plenam [14] fidem testatori exhibet, in solidum legata dependentem, non posse postea rationem legis Falcidiæ prætendentem repetitione uti, quia videtur voluntatem testatoris sequi: jubemus hoc simili modo firmum haberi, & si cautionem [15] super [16] integra legatorum solutione fecerit: quod veteribus legibus [17] in ambiguitatem deductum est. In utroque etenim casu; id est, sive solverit, sive super hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio similia suadere videtur. Dat. 15. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

TIT. LI.

DE CADUCIS [18] TOLLENDIS.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Senatui urbis Constantinopolitanæ.

ET nomen [19] & materiam *caducorum* ex [20] bellis ortam & auctam civilibus, quæ in se Populus Romanus movebat, necessarium duximus, *Patres* [21] *conscripti*, in pacificis nostri imperii temporibus ab Orbe Romano recludere: ut quod belli [22] calamitas introduxit, hoc [23] pacis lenitas sopiret. Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia [24] ab anterioribus [25] Principibus emendata fuit, & per desuetudinem abolita: ita & a nobis circa caducorum observationem invidiosum suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis viris displicuit, multas invenientibus vias, per quas caducum non fieret [26].

† Sed & ipsis testamentorum conditoribus [27] sic gravissima caducorum observatio visa est, ut & substitutiones [28] introducerent ne fiant caduca: & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent: vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis: quod nos fieri concedimus. Et cum lex Papia, jus antiquum, quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur, suis machinationibus & angustiis circumludens, solis parentibus & liberis testatoris usque [29] ad tertium [30] gradum, si scripti fuerant heredes, suum imponere jugum erubuit, *jus antiquum* [31] intactum eis conservans: nos omnibus [32] nostris subjectis sine differentia personarum [hoc] concedimus. §. 1. Cum igitur materiam & exordium caducorum lex Papia ab additionibus quæ circa defunctorum hereditates procedebant, sumpsit, & ideo non a morte testatoris, sed ab apertura [33] tabularum dies cedere legatorum Senatusconsulta quæ circa legem Papiam introducta sunt, censuerunt; ut quod in medio deficiat, hoc caducum fiat: primum hoc corrigentes, & antiquum statum renovantes, sancimus, omnes habere licentiam a [34] morte testatoris adire hereditatem: similique modo legatorum, vel fideicommissorum pure vel in diem [certam [35]] relictorum diem a morte testatoris cedere. §. 2. Et cum triplici [36] modo ea que in ultimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere; consentaneum est, & tempora eorum, & nomina manifeste exponere: ut quod vel tollitur, vel reformatur, non sit incognitum. † Ea etenim, vel [37] his [38] relinquebantur, qui in rerum natura tunc [39] temporis, cum condebantur ultima elogia non fuerant (forte hoc ignorantibus testatoribus:) & ea *pro non scriptis* esse leges existimabant: Vel [40] vivo [41] testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur: Vel ipsum relictum expirabat, (forte quadam conditione; sub qua relictum fuerat, deficiente:) quod veteres appellabant *In causa caduci*: Vel [42] mortuo [43] jam testatore hoc, quod relictum erat, deficiebat, quod aperta voce *Caducum* nuncupabatur.

§. 3. In primo [44] itaque ordine, ubi *Pro non scriptis* efficiebantur ea quæ personis jam ante testamentum mortuis testator donasset, statutum fuerat, ut ea omnia bona manerent apud eos [45], a quibus fuerant derelicta: nisi vacuatis [46] vel substitutus suppositus, vel conjunctus fuerat aggregatus: tunc enim non deficiebant, sed ad illos pervenirebant, nullo gravamine [47] (nisi perraro [48]) in hoc *Pro non scripto* superveniente: quod & nostra majestas quasi antiquæ benevolentiæ consenaneum, naturali ratione fubnixum, intactum atque illibatum præcepit custodiri in omne ævum valiturum. §. 4. Pro secundo [49] vero ordine, in quo ea vertuntur, quæ *In causa caduci* fieri contingebant, vetus jus corrigentes, sancimus, ea, quæ ita evenerint, simili quidem modo manere apud [50] eos, a quibus sunt derelicta, heredes forte, vel legatarios, vel alios, qui fideicommisso gravari possunt: nisi & in hunc casum, vel substitutus [1], vel conjunctus [2] eos antecedat. Sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam gravamen [3], quod ab initio fuerat complexum, omnimodo sentire: sive in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciendis, vel in modo, vel conditionis implendæ gratia, vel alia quacunque via excogitatum. Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. §. 5. In novissimo [4] autem articulo, ubi proprie *Caduca* fiebant, secundum quod prædiximus, etiam clausis [5] tabulis tam existere heredes, quam posse adire, sive ex parte [6] sint, sive ex asse instituti, censemus, & dies [7] legatorum & fideicommissorum (secundum quod prædiximus [8]) a morte defuncti cedere. Hereditatem etenim, nisi [9] fuerit adita, transmitti [10] nec veteres concedebant, nec nos patimur: exceptis [11] videlicet liberorum personis, de quibus Theodosiana lex [12] super hujusmodi casibus introducta loquitur: his nihilominus, quæ super his, qui deliberantes ab hac luce migrant, a nobis constituta sunt, in suo robore mansuris. §. 6. Libertatibus [13] proculdubio [&] post præsentem sanctionem propter sui naturam, quæ aditionem heredis expectant, ab [14] adita hereditate una cum aliis, quæ [15] servis in testamento manumissis, vel aliis legatis relicta sunt, competentibus. † Excepto etiam usufructu [16], qui sui natura ad heredes legatarii transmitti non patitur: quia neque a morte testatoris, neque ab adita hereditate, quantum ad transmissionem, dies ejus cedit. † Sed hæc omnia in his observari sancimus secundum præfatam dispositionem, quæ pure, vel in diem certum relicta fuerint. §. 7. Sin autem aliquid *sub conditione* relinquatur, vel casuali [17], vel potestativa, vel mixta: quarum eventus ex fortuna [18], vel ex honoratæ personæ voluntate [19], vel ex utroque [20] pendeat, vel sub incerto die: expectari [21] oportet conditionis eventum, sub qua fuerit derelictum, vel diem: ut tunc cedat, cum vel conditio [22] impleatur, vel dies incertus extiterit. Quod si in medio is, qui [23] ex testamento lucrum fortitus est, decedat, vel eo superstite conditio defecerit, hoc, quod ideo non prævaluit, manere disponimus simili modo apud eos [24], a quibus relictum est: nisi & hic vel substitutus relictum accipiat, vel conjunctus, sive heres, sive legatarius hoc sibi acquirat: cum certi juris sit, & in [25] institutionibus, & legatis, & fideicommissis, & mortis [26] causa donationibus posse substitui.

§. 8. Sed ut manifestetur pro qua parte manere oportet hoc, quod fuerit defectum, apud eos, a quibus sit derelictum: sancimus, si quidem ad heredes lucrum perveniat, pro [27] parte hereditaria fieri ejus distributionem: cum & ab ipsis simili modo si valuisset, præstaretur, nisi nominatim ab uno, vel a certis heredibus fuerit derelictum: tunc enim quemadmodum solus, vel soli præstabunt, ita & lucrum sentient. Sin autem legatarii, vel fideicommissarii sint, vel mortis causa donatione honorati, vel alia forte persona, quæ fideicommisso prægravari potest, & hoc evanescat: manere hoc apud enumeratas personas sancimus pro virili [28] omnimodo portione, id est, pro numero personarum. §. 9. Ne autem hoc, quod non ineleganter summi ingenii vir [29] Ulpianus in hac parte cum omni subtilitate disposuit, præteratur, sanctione nostra hoc apertius inducimus. Cum enim jam statuimus [30] hoc cum suis oneribus ad eum, qui lucratur, pervenire, sancimus, si quidem conditio, vel aliud gravamen in dando [31] sit constitutum: hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoscere. Sin autem in faciendo [32] aliquid impositum est: si [33] quidem hoc per alium impleri possit, simili modo & a lucrante agnosci: puta si honorata persona jubeatur insulam, vel monumentum, vel aliud tale suis sumptibus facere, vel heredi, vel legatario, vel alii forte, cui testator voluerit: vel rem ab herede testatoris emere, vel locationem, vel fidejussionem subire, & si quid hujusmodi facti simile sit: nihil enim refert, sive per eum, de quo testator locutus est, sive per alium gloriam lucri successorem adimpleatur. Sin vero talis est verborum conceptio, & facti natura, ut quod relictum est, ab alio impleri [34] non possit: tunc etsi lucrum ad aliquem pervenerit, non tamen & gravamen sequi: quia hoc neque ipsa natura concedit, neque testator voluit. Quid enim si [testator] jusserit eum in certum locum abire, vel liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel uxorem ducere? quæ omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur conclusisse, cui & suam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus obtinente, ut pro simili parte lucrum sentiant, & gravamen, ubi hoc possit procedere, subeant. Et [hoc] locum habente omni quidem modo in his quæ *in* [35] *causa caduci*, vel *caduca* [36] (secundum quod supra dictum est) fiebant: in *pro* [37] *non scriptis* autem, non omnibus, sed quibusdam: quia eorum quædam, etsi talia sint, tamen cum suo onere veniebant: quæ [&] nos in novi juris compositione specialiter enumerari jussimus, ne quis veteris juris prolixitatem quasi rebus necessariam, vel pro eorum revolvat scientia. §. 10. His ita definitis, cum in superiore parte nostræ sanctionis in plurimis [38] locis *Conjunctii* [39] fecimus mentionem, necessarium esse duximus omnem inspectionem hujus articuli latius, & cum subtiliori tractatu dirimere, ut sit omnibus & hoc apertissime constitutum. Non enim tantum conjunctivo [40] modo quædam relinquuntur, sed etiam disjunctivo [41]. † In his itaque si [42] quidem coheredes sunt omnes conjunctim, vel omnes disjunctim vel institutiones, vel substitutione, & unius eorum pars deficit, toties pars deficiens cæteris coheredibus adcrescit hoc modo: cum suo onere primum: deinde si coheredes illi heredes alios reliquerint, pars deficiens illis heredibus adcrescit: adcrescet, inquam, pro hereditaria parte. Postremo pars deficiens interdum invitis illis adcrescit ipsis pure: quoties nimirum hereditatem jam adierunt: est enim absurdum ejusdem hereditatis partem agnoscere, partem repudiare. §. 5. §. 3. *hic.* 44 Coheredi conjuncto, vel disjuncto, pars adcrescit etiam invito & ignoranti. *l.* 35. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 45 Adcrescendi jus parte unius deficiente, locum habet: cujus sententiæ plures exceptiones vide apud Soc. *reg.* 213. 46 *l.* 20. *in fin. supr. de jure deliber. l.* 2. *ff. de adquir.* 47 Heredibus conjunctis & disjunctis simul permixtis, si conjunctorum aliquis deficit, pars eius ad conjunctos: si disjunctorum aliquis deficit, pars ejus ad disjunctos & conjunctos defertur. *Goth.* Confer *l.* 15. *l.* 59. §. 2. *ff. de hered. inst. l.* 34. *in pr. ff. de leg.* 1. Anf. 48 Adcrescit coniunctis quod in uno conjunctorum heredum deficit. 49 Adcrescit pars deficiens cum suo onere. 50 Adcrescit non tantum disiunctis, sed & conjunctis, quod in uno disjunctorum heredum deficit. 51 Heredes conjuncti quasi in unum corpus redacti. 52 Pars conjuncti heredis quadamnodo alterius est conjuncti. Partem coheredis sibi conjuncti quasi suam percipiunt. 53 Heredes disjuncti sunt tertiones, non res. Re quidem conjuncti, tertione disjuncti. Conjuncti vero hic dicuntur res, & verbis conjuncti, neutro modo disjuncti. 54 *Non cohærent: ita legunt nonnulli.* 55 Hic paragraphus ad heredes tantum pertinet: ut & proximus ad legatarios. 56 Dixi superiori §. de hered. seu de jure adcrescendi inter heredes. 57 Conjunctim relicta duobus legatariis æqualiter inter eos distinguitur: pars vacans volentibus cum suo onere adcrescit. Collegatario pars non adcrescit invito. 58 Collegatario disjuncto pars adcrescit invito, *ut hic.* Conjuncti non adcrescit invito. 59. *hic.* coheredi adcrescit etiam invito. 9. 10. *supr. hic.* 60 *l.* 61. *in fin. ff. de leg.* 2. 61 Pars collegatarii collegatario adcrescit, si disjuncti fuerint: subtata veteri differentia legatorum per damnationem & per vindicationem, de qua vide Ulp. 24. §. 12. & 13. legatorum & fideicommissorum eit natura. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. 62 Legari res uni, aliteri res æstimatio poteit. *l.* 33. *ff. de leg.* 1. 63 Legari res uni, al. 14. *ff. de usu & usufructu.* 64 *l.* 6. *pen. ff. de usufr. adcrescendo.*

1 Vid. *l.* 6. *supr. h. t. l.* 6. *supr. de hered. act.* 2 Pater emancipati filii pupilli tutor legitimus. 3 Pro rata qua creditor debitori succedit, confunditur actio. 4 Creditor heres sibi debitum deducit: si ab eodem postea quid relictum sit, ex eo quarcam deducit & ita legatum species per æs alienum minuitur. *Bald.* 5 Prædiorum dotes quid *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 2. *in fin. ff. de instructo. l.* 52. §. 2. *ff. de fideijussoribus.* 6 De instrumentis prædiorum, seu de instrumentis prædiorum dotis, non detrahitur Falcidia. 7 Æs alienum si totam defuncti hereditatem adimit, fructus de legatis, fructus de Falcidia, & Trebellianica quæritur. vide *l.* 12. *supr. de testamentis. milit. l.* 15. §. *de legat.* 3. *ultim. Institut. de l. Falcid.* 8 A coheredi, id est, de praelegatis, detrahitur Falcidia. *l.* 35. §. 1. *ff. de hered. inst.* hoc est, Falcidiam coheres gravatus supra portionis suæ dodrantem, de prælegatis deducit, *ut hic, & l. Nesennius.* 22. *ff. h. t.* 9 Testator Falcidiam, nec directo, nec per indirectum prohibere potest: hodie posse videtur. *Nov. 1. cap.* 2. 10 *Replere.* Hal. hinc colligit Cujac. 15. *observ.* 2. Falcidiam, quæ deducebatur olim per exceptionem, hodie ipso jure: minora efficere legata. 11 Argumentum a donatione mortis causa ad testamentum observa. 12 De mortis causa donatione Falcidia detrahitur. *l.* 5. *supr. h. t.* 13 *l.* 1. §. 5. *ff. quod legatorum.* id est naturaliter. hoc innuit. Cum hodie retentionis modus nullus sit, vindicari Falcidiam, & revocari a donatario: *l.* 77. §. 2. §. 6. *in fin. ff. de leg.* 2. vid. Cujac. 18. *obs.* 12. 14 Vid. *l.* 1. §. *h. t.* ubi dixi. 15 Ὁμολογίας confessionem. vide quæ notavi ad *l.* 25. *ff. de probationibus*: adde *Novell.* 1. 16 Ut qui sciens solvit solida legata, Falcidiam non deducit. *dicta l.* 1. ita & qui solida promittit, *ut hic, & l.* 16. *h. t.* Id est, valet conventio ne heres Falcidia utatur: alias, si non solida promiserit, intelligitur promisisse deducta Falcidia: & ad legis præcepta suam voluntatem accommodasse: de qua præsumptione vide Alciatum 3. *præsumption.* 32. & tamen patronus, qui legem Papiam se omisiurum fidejussori cavit, non tenetur. *l.* 20. *ff. de donation.* quo exemplo defendi posse Cujacius putat *Novell.* 18. liberos qui legem Gliciam se omissiros caverunt, non teneri. 17 Intelligi potest *d. l.* 20. quæ est Marcelli, cui forte nullum discrimen fuit inter legem Papiam & Falcidiam, ut dixi *supr. h. t.*

18 *Ulp.* 17. Caducum legatum dicitur, quod a legatario cadit in fiscum, & fic, quod legatarius capere non potest. Ulp. *d. t.* 19 Dixi de etymo caduci *supr. h. t.* 20 Lex Papia Poppea de caducis hereditatibus & legatis ita fuit sub Augusto augendi ærarij gratia, quod bella civilia suscepta inter Pompeium & Cæsarem, & inter Pompeium, Lepidum & Brutum exhauserunt. Tacit. 3. *Annal. l.* 2. *supr. de veteri jure enucleando.* ejusdem ærarii inopis augendi causa vicesima hereditatum excogitata. Plin. *in Panegyrico.* Alia præterea causa fuit Papiæ caducariæ: incitandi scil. cœlibes pœnis. Tacit. *d. loco.* ut pœnas caducitatis veriti animum ad nuptias contrahendas adjicerent, augerentque civibus imperium, quorum numerus incredibilis civilibus bellis amissus fuerat: adeo ut Papius & Poppeus ipsimet orbi consules creati fint non inventis patribus aut maritis, qui eis præponerentur. *Dion.* 56. dicam ad *tit. de infirmandis panis cœlibatus. infr.* 21 Hac oratione Justinianus legis Papiæ caducariæ autoritatem admodum rescindit. 22 De bello & de belli calamitatibus vid. Pet. Gregorium 31. *Syntagm.* 1. 23 Cessante ratione legis, cessat legis dispositio. vide Everard. *in Topicis in loco* 80. *a cessatione rationis.* L. Valerius apud Livium 34. *Quæ tempora aliqua desiderant leges mortales, & temporibus ipsis mutatur vitio: quæ in pace late sunt, pierumque bellum abrogat: quæ in bello, pax.* 24 De qua superius dixi. 25 Ne dicas cum Accurfio, *l.* 27. *l.* 28. *supr. de nuptiis.* fuit enim utræque leges Justiniani, non anteriorum principum: sed ita: Legis Papiæ caput quo præcipta ætas erat habendis liberis. *Ulpian.* 26. Severus emendavit, ut scribit Tertullianus *in Apologetico.* Sic Constantinus *l.* 1. *J. de infirmand. panis cœlibatus.* fustulit pœnam cœlibatus & orbitatis, lege Papia introducam. 26 Solent enim jurisconsulti in dubiis contra fiscum respondere, *l.* 10. *D. de jure fisci.* hinc etiam constat Jurisconsultos versatos in caducorum causis fuisse: quod & alibi quoque fitis ostendimus. *l.* 6. *in fin. D. de jure codicill. l.* 2. *D. de aurc. l. ult. in fin. D. de his, quæ ut indign. l.* 59. *D. de condict. & demonstr. l.* 135. *D. de verb. sign.* 27 Conditores testamentorum qui hic dicuntur? Testatores ipsi: quinimo & Jurisconsulti, quorum consilio testatores utebantur. *l.* 88. *in fin. D. de leg.* 2. adde *l.* 22. §. *de testam.* 28 Maxime reciprocus. *l. miles.* 7. §. ult. *D. de leg.* 2. *l.* 5. *D. de vulgari. l. unic. J. tit. prox.* 29 Ulp. *tit.* 18. 30 Hoc ad omnes heredes extenditur. 31 Quod fulliet præcelit lexem Papiam caducariam. vide Ulpian. 1. §. 15. *ff. tit.* 17. §. 2. 25. 29. *l.* 5. *ff. de vulgari. l.* 29. *in fin. ff. de legat.* 2. 32 Quæ legata, aut portiones hereditatis Papia lex noluit in fiscum recidere, fed apud liberos vel parentes institutos ad tertium usque gradum remanere, ad omnes heredes extenduntur, *hic.* 33 Hoc emendatur J. *hic.* 34 Hodie quilibet heres statim a tempore mortis testatoris adire hereditatem potest. dies legatorum ab eo tempore cedit, nec expectatur apertura tabularum & aditio hereditatis, nec desiderantur scientia legatarii. *l. ult. J. quando dies legat.* 35 Non male hoc adiecum est, vel non nonnulli arbitrantur. Eorum enim quæ sub conditione, vel in diem incertum relicta sunt, dies cedit, cum conditio extitit; dies incertus ideo conditionem facit, quod posse non cedere. 36 Triplici modo olim legata deferebantur, vel initio testamenti faciendi fcil. vel post testamentum vivo testatore, vel post mortem testatoris. 37 Tribus temporibus distinguuntur inter fe, quæ pro non scriptis, quæ in causa caduci, & caduca. Pro non scriptis sunt, quæ ipso testamenti tempore: in causa caduci, quæ post testamentum: Caduca, quæ post mortem testatoris deficiebant. 38 Pro non scripto dicitur quod reliquitur ei, qui in rerum natura non est, tempore testamenti. 39 Primum tempus, de quo vide §. 3. *J. hic.* 40 In causa caduci dicebatur, quod reliquebatur ei, qui post testamentum factum moriebatur, aut quod deficiebat, conditione testamento adjecta deficiente. 41 Secundum tempus, de quo vid. §. 4. *J. hic.* 42 Caducum dicebantur, quæ mortuo testatore deficiebant. 43 Tertium tempus. vide §. 5. *J. hic.* adde *l.* 3. §. *de cond. insert.* 44 Ut olim. §. 2. §. *hic.* ita & hodie quæ deficiunt initio testamenti pro non scriptis habentur, neque recidunt in fiscum, neo ad ea pertinent leges caducariæ. & eleganter Plin. 2. *epist.* In codicillis quæ pro non scriptis habentur, delatori locum non esse, fed pertinere ad fubstitutum, vel ad conjunctum, id eil coheredem, vel collegatarium, vel si nullus fit heredituate cedunt. *l.* 14. *J. qui testi. l.* 74. *in fin. ff. de adq. vel omitt. hered.* 45. *ff. de cond. & demonst. l.* 8. *ff. quando dies legat.* adde *l.* 14. §. 5. *ff. qui & a quibus manumiss.* Hinc Cujac. 4. *obs.* 4. colligit, Catonianam regulam non perinere ad libertates. qui de re dixi ad *l.* 3. *ff. de reg. Catoni.* 46 *l.* 7. *in fin. ff. quando dies legat.* 47 Conditionum, alia casualis, alia potestativa, alia mixta. *Goth.* Novum hujus §. intellectum vid. apud Johann. Decher. *lib.* 1. *desert.* 3. *n.* 13. Anf. 48 Casualis conditio est hæc, *si fuerit, si tonuerit.* 49 Ea est potestativa, quæ & promiscua. *l.* 11. §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* non quod fit in facili, fed quia nulla fere potestativa est, quæ possit esse non potestativa. 50 Ea est mixta feu commuus, ut si quis ita dixerit: *Si Titio respondeo ab hoc, si decem decem. Si Titio consule Capitolium ascendero.* 51 *l.* 5. §. 2. *ff. quando dies legat.* 52 Quid si ante conditionem mortuus heres fit, heredem relinquit obligatum. *l.* 66. *ff. de cond. & demonst.* Quid si legatarius? ejus heredi non cedit legatum. *ut hic. & l.* 13. §. *ff. de obligat.* Alter quam in stipulationibus in quibus obligatio, quæ non extinguitur morte promissoris. *l.* 57. *ff. de verb. obl.* §. *pen. Inst. de inutilib.* §. 3. *de Inst. de verb. obligat.* nec morte stipulatoris extinguitur. *l.* 23 Legatarius vel fideicommissarius. 24 Heredes. 25 Non regulam. 26 Vide *l.* 9. *supr. de testamentis.* 27 §. 10. *J. hic.* 28 Id est, pro virili, proque ratione legati cujusque. 29 De Ulp. dixi ad *l.* 2. §. 1. *ff. quæ pot. sub.* 30 §. 4. *supr. h. t.* 31 Adde *l.* 6. §. 7. *ff. de statuli.* Conditio dandi per alium impleri potest. *l.* 14. *in fin. ff. de statuli. l. ult. ff. de cond. insf.* 32 De faciendi onere quod ab alio præstari potest. 33 Conditio faciendi regulariter per alium impleri potest. *ut artific.* 31. *ff. de fiduc.* 34 De faciendi onere quod ab alio præstari non potest. 35 §. 2. *verf. vel vivo. in fin.* §. 4. 3. *h. t.* 36 *n.* 5. 2. *in fin.* §. 5. 37 *d.* 2. *verf. Ea etenim.* 38 §. 5. 39 *d.* §. 3. §. 4. §. 7. *in fin.* 40 De relictis conjunctivo modo. *l.* 61. *ff. de legat.* 3. *hi et ff. verb. conj.* 41 De relictis disjunctivo modo. Hi re tantum conjuncti. 42 Quotiies omnes conjuncti, vel omnes disjuncti funt in institutione, vel fubfitutione, & unius eorum pars deficit, toties pars deficiens cæteris coheredibus adcrescit hoc modo: cum suo onere primum: deinde si coheredes illi heredes alios reliquerint, pars deficiens illis heredibus adcrescet: adcrescet, inquam, pro hereditaria parte. Postremo pars deficiens interdum invitis illis adcrescit ipsis pure: quoties nimirum hereditatem jam adierunt: est enim absurdum ejusdem hereditatis partem agnoscere, partem repudiare. 43 § 3. §. 3. *hic.* 44 Coheredi conjuncto, vel disjuncto, pars adcrescit etiam invito & ignoranti. *l.* 35. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 45 Adcrescendi jus parte unius deficiente, locum habet: cujus sententiæ plures exceptiones vide apud Soc. *reg.* 213. 46 *l.* 20. *in fin. supr. de jure deliber. l.* 2. *ff. de adquir.* 47 Heredibus conjunctis & disjunctis simul permixtis, si conjunctorum aliquis deficit, pars eius ad conjunctos: si disjunctorum aliquis deficit, pars ejus ad disjunctos & conjunctos defertur. *Goth.* Confer *l.* 15. *l.* 59. §. 2. *ff. de hered. inst. l.* 34. *in pr. ff. de leg.* 1. Anf. 48 Adcrescit coniunctis quod in uno conjunctorum heredum deficit. 49 Adcrescit pars deficiens cum suo onere. 50 Adcrescit non tantum disiunctis, sed & conjunctis, quod in uno disjunctorum heredum deficit. 51 Heredes conjuncti quasi in unum corpus redacti. 52 Pars conjuncti heredis quadamnodo alterius est conjuncti. Partem coheredis sibi conjuncti quasi suam percipiunt. 53 Heredes disjuncti sunt tertiones, non res. Re quidem conjuncti, tertione disjuncti. Conjuncti vero hic dicuntur res, & verbis conjuncti, neutro modo disjuncti. 54 *Non cohærent: ita legunt nonnulli.* 55 Hic paragraphus ad heredes tantum pertinet: ut & proximus ad legatarios. 56 Dixi superiori §. de hered. seu de jure adcrescendi inter heredes. 57 Conjunctim relicta duobus legatariis æqualiter inter eos distinguitur: pars vacans volentibus cum suo onere adcrescit. Collegatario pars non adcrescit invito. 58 Collegatario disjuncto pars adcrescit invito, *ut hic.* Conjuncti non adcrescit invito. 59. *hic.* coheredi adcrescit etiam invito. 9. 10. *supr. hic.* 60 *l.* 61. *in fin. ff. de legat.* 3. 61 Pars collegatarii collegatario adcrescit, si disjuncti fuerint: subtata veteri differentia legatorum per damnationem & per vindicationem, de qua vide Ulp. 24. §. 12. & 13. legatorum & fideicommissorum eit natura. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. 62 Legari res uni, aliteri res æstimatio poteit. *l.* 33. *ff. de leg.* 1. 63 Legari res uni, al. 14. *ff. de usu & usufructu.* 64 *l.* 6. *pen. ff. de usufr. adcrescendo.*

non [1] vacuatur pars, quæ deficit, nec alii accrescit, ut ejus, qui primus accepit, legatum augere videatur: sed apud ipsum, qui habet, solida remaneat: nullius concursu deminuta. Et ideo si onus fuerit in persona ejus, apud quem remanet legatum adscriptum: hoc omnimodo impleat, ut voluntati testatoris pareatur. † Sin autem ad deficientis personam [hoc] onus fuerit collatum: hoc non sentiat is, qui non alienum, sed suum [tantum] legatum imminutum habet. Sed & varietatis non in occulto sit ratio: cum ideo videatur testator disjunctim [2] hoc reliquisse, ut unusquisque suum onus, non alienum agnoscat: Nam si contrarium volebat, nulla erit difficultas conjunctim ea disponere. §. 12. Quæ autem antiquis legibus dicta sunt *de his, quæ ut indignis* [3] *auferuntur*, & nos simili modo intacta servamus: sive in nostrum fiscum, sive [4] in alias [5] personas perveniant. §. 13. Cum autem in superiore parte legis non [6] aditam hereditatem minime, nisi [7] quibusdam personis, ad heredes [defuncti] transmitti disposuimus, necesse est, si [8] quis solidam hereditatem non adierit, hanc, si [9] quidem habeat substitutum, ad eum, si voluerit, & potuerit, pervenire. Quod si hoc non sit: vel ab intestato successores eam suscipiant: vel si nulli sint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant: tunc ad nostrum ærarium devolvatur. §. 14. Hæc autem omnia locum habere censemus, tam in testamentis, sive in scriptis, sive [10] sine scriptis habitis, quam in codicillis [11], & omni [12] ultimo elogio, vel [13] si quid ab intestato fuerit derelictum, nec non in mortis causa donationibus. Tantum etenim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum [14] ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec [15] illi pepercimus [16], nec Augustum privilegium exercemus: sed quod [17] communiter omnibus prodest, hoc [rei] privatæ nostræ utilitati præferendum [18] esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes. §. 15. Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum elogiis, quæ posthac [19] composita fuerint: anteriores etenim casus suo marte discurrere concedimus. §. 16. Hæc omnia ad vos, *Patres Conscripti*, duximus esse sancienda: [scilicet] ut nemini maneat incognitus nostræ benevolentiæ labor: sed Edictis ex solennitate a nostris magistratibus propositis, omnibus innotescat. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* DN. JUSTIN. A. PP. IV. & PAUL. V. C. CONSS. 534.

TIT. LII.

DE HIS [20] QUI ANTE APERTAS TABULAS HEREDITATEM TRANSMITTUNT.

Hereditas ascendentium etiam non adita, transmittitur ad posteros per liberos institutos morientis, etiam clausis tabulis: quod obtinet in legatis & fideicommissis. Salic.

1. Impp. THEODOS. [21] & VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

PER hanc jubemus sanctionem, in posterum [valituram,] filios [22], seu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, a patre, vel matre; avo, vel avia; proavo, vel proavia scriptos heredes: licet non [23] sint invicem substituti, seu cum extraneis [24], seu soli sint instituti, & ante apertas tabulas defuncti (sive se noverint scriptos heredes, sive ignoraverint) in [25] liberos suos, cujuscunque [26] sint sexus, vel gradus, derelictam sibi hereditatem portionem posse transmittere: memoratasque personas (si [27] tamen hereditatem non recusant) nulla hujusmodi præscriptione sibi obstante, eam tanquam debitam [28] vindicare. Quod scilicet etiam super legatis, seu fideicommissis a patre, vel a matre; avo, vel avia, proavo, vel proavia derelictis locum habet. Siquidem perindignum [29] est, fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, avita, vel proavita successione fraudari, aliosque adversus [30] avitum, vel proavitum desiderium, vel institutum insperato [31] legati commodo, vel hereditatis gaudere. Habeant vero folatium tristitiæ [32] suæ, quibus est merito consulendum. Dat. 3. Non. April. post consulatum PROTOGENIS & ASTERII 450.

1 Jus non decrescendi. 2 Disjunctim legamus, ut unusquisque suum onus non alienum agnoscat. 3 Vid. *tit. de his, quæ ut indign.* 4 Indignis quæ eripiuntur, certis cælibus fisco cedunt, aliis calibus, privato seu privatis. 5 *Alienas*: quidam ita legunt. adde *l. 7. supr. de dom. inter virum. l. pen. ff. de legat.* hinc etiam obiveva, non omne quod aufertur indigno, fisco cedere. 6 Transmitti hereditas non adita, nisi in certas personas non potest. §. 5. *supr. h. t. l. 7. supr. de jure deliber.* 7 Dixi ad *d.* §. 5. adde *l. unic. J. tit. prox.* 8 Adcrescit habituto volenti, capaci tamen, aut ea deficiente, hereditas ab intestato: iis rursus deficientibus, fisco pars defuncti ante aditam hereditatem: si modo defunctus fuit ex his personis, quæ non aditam hereditatem transmittant. Quid si heres nullum substitutum habuit, sed coheredem? coheredi pars deficiens adcrescet, *ut §.* Quid si legatarium vel universalem fideicommissarium? idem dixeris. *Nov.* I. c. §. 5. 1. 2. 3. 9 *l. 2. §. 4. ff. de B. P. secund. tab.* 10 Adcrescendi jus locum habet in omni testamento, sive scripto, sive non scripto. 11 Jus adcrescendi locum habet etiam in codicillis. 12 Adcrescendi jus locum habet in omni ultimo elogio, hoc est, testamento, codicillis, epistola fideicommissaria, mortis causa donatione. Sunt enim hæ species voluntatis ultimæ. 13 Adcrescendi jus locum habet in omnibus ultimarum voluntatum successionibus ut & ab intestato. 14 Lex Julia caducaria ultimum locum fisco dedit. Bonus princeps post omnes est. Cassiod. *in formula Comitivæ privat.* adde *l. 1. in fin. supr. de secund. nupt. l. 10. ff. de jure fisci.* In compendii causis Antonin. Imperator judicans nunquam favit. Capitol. *in ejus vita.* vid. *Novell.* 105. Arist. 3. *pol.* 4. 15 *l. 9. ff. de SC. Silan.* 16 *Profexerunt.* Hal. 17 *l. 10. ff. de jure fisci.* vid. quæ dixi ad *Nov.* 109. c. 1. 18 Communiter quæ prosunt & publice utilia sunt, utilitati privatæ bonus princeps anteponit. 19 *l. 7. §. de legib.*

20 Puta liberis. 21 *l. unic. §. 3. de caduceis.* 22 Transmittitur hereditas ascendentium, etiam non adita, ad posteros institutos morientis quantumvis clausis tabulis: quod & in legatis & fideicommissis obtinet. vid. quæ scripsi ad *l. un. §. 5. §. 13. J. tit. prox. l. 1. §. 8. ff. de coll. bonor.* Goth. Vid. ad hanc l. Joann. Decher. *l. 1. dissert. 14. num.* 42. Anf. 23 Inter liberos non prævenitur reciproca fideltitutio. 24 Datione coheredis extranei jus transmittendi non impeditur. 25 Transmittit hereditatem non aditam parens ad liberos in potestate positos, *ut hic, d. §. 5. l. 18. §. 3. de jure deliber.* 26 *l. 24. in fin. ff. de leg. 2.* 27 Hereditatem recusans nihil ad suos transmittit: hac enim recusatione fuitas ejusque jus tollitur. Bart. *in l. 84. ff. de acq. vel omitt. hered.* Jason *in l. 4. §. 3. qui admitti.* 28 Parentum hereditas liberis debita. 29 Fortuitus casus liberis nocere non debet. 30 Contra defiderium parentum hereditas ad extraneos deferri intelligitur. 31 Extranei nihil habent quod speret in ejus hereditate qui liberos habet. 32 i. e. mortis paternæ, quæ naturaliter liberis tristis & mœsta esse solet.

33 Dixi ad *L. 36. D. 2. & 44. Ecl.* 20. adde Ulp. 24. §. 30. 34 Annua quo tempore solvenda. 35 Annua legata ab initio cujusque anni peti possunt, funtque solvenda. *l. 12. §. 4. ff. h. t.* aliud in stipulationibus. *l. 13. l. 42. l. 138. ff. de verb. oblig.* 36 *l. 87. §. 2. ff. de leg. 2.* 37 Supervixisse. 38 Etiam extraneum. *l. 78. §. 3. ff. de legat. 2.* 39 *Alii* Cujac. 18. *obs.* 16. 40 Confusingitur. In quibusdam codicibus adjicitur hoc quod legitur: ut heredibus eorum restituat, sicut sunt restituta

TIT. LIII.

QUANDO [33] DIES LEGATI, VEL FIDEICOMMISSI CEDIT.

De annuis *legatis vel fideicommissis.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Agrippæ.

SI competenti Judici annua [34] legata, vel fideicommissa tibi relicta probaveris, ab initio [35] cujusque anni exigendi ea habebis facultatem. Supposita 3. Kalend. Jun. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

Si agro pluribus relicto, cautum sit, Ut ad eum qui superfuisset, pertineret.

2. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictum nominatim animadvertimus: & cautum esse, *ut ad eum qui* [36] *superfuisset* [37], pertineret: Quicunque igitur is fuerit: ad heredem suum [38], dominium transmittit, nec tali [39] fideicommisso adstringitur [40]. PP. 15. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De conditione, Cum ad certam ætatem pervenerit.

3. Iidem AA. Æliæ.

SI Pontionilla ad [41] eam ætatem pervenit, cui legatum, vel fideicommissum relictum [42] erat; petitionem ad heredes transmisit, licet ante decesserit quam consequeretur legatum, vel fideicommissum. PP. 5. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De conditione, cum liberos habuerit.

4. Iidem AA. Ammiæ.

CUm uxori usufructus [43] fundi legatur, & ejus proprietas, cum [44] liberos habuerit; nato filio [45] statim proprietatis legati dies cedit: Nec [46] quicquam obest, si is decedat. PP. Kal. August. ANTONINO A. III. & GETA item III. CONSS. 209.

De petitione in tempus dilata.

5. Imp. ALEXAND. A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Æliæ Severinæ filiæ meæ, & Secundæ decem: quæ legata accipere debebit, cum* [47] *ad legitimiem statum* [48] *pervenerit*: non conditio fideicommisso, vel legato inserta, sed petitio [49] in tempus legitimæ [50] ætatis dilata videtur. Et ideo, si Æliæ Severina filia testatoris, cui legatum relictum est, die legati cedente, vita functa est, ad heredem suum actionem transmisit; scilicet ut eo tempore solutio fiat, quo Severina, si rebus humanis subtracta non fuisset, vigesimumquintum annum ætatis implesset. Non cœptum [51] enim annum, sed impletum [52], si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, expectandum esse [juris] prudentibus placuit. PP. 13. Kal. Januar. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De fideicommisso relicto ab intestato.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS, AA. & CC. Eusebio.

SI fideicommissum ab intestato [53] fuerit sorori tuæ relictum codicillis [54], & posteaquam dies fideicommissi cessit, [rebus humanis, licet] ignorans [55] fideicommissum, excesserit: actionem hujusmodi acquiri [56] potuisse, dissimulare non poteris: silva scilicet ab intestato succedenti quarta portione. Suppos. Kal. Maji, *Tyallis*, AA. CONSS.

TIT. LIV.

UT IN POSSESSIONEM [57] LEGATORUM, VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA MITTATUR, ET QUANDO SATISDARI [58] DEBEAT.

De cognitione, an debeatur fideicommissum.

1. Divus ANTON. PIUS Salvio.

QUoniam nihil actor amplius [59] postulat, quam *ut fideicommissum nomine satisdetur*: non debet is, qui juri dicundo præest, subtilior [60] ab aliis. 41 Legatum relictum alicui *cum ad certam ætatem pervenerit*, impleta ætate transmittitur ad heredes. Bald. *l. 5. ff. h. t.* Verbi gratia relictum est puelle cuidam legatum his verbis, *Cum quindecim annorum erit.* ad quam ætatem cum pervenisset, decessit ante quam legatum exegisset: constituto hæc definit, licet legatum non pervenit, si tamen ad eam ætatem pervenerit; ad heredes suos id eam transmisisse. *Synopf. Basil.* 44. *tit.* 16. c. 195. 42 *Derelictum.* Hal. *delegatum.* Cujac. 18. *obs.* 16. fic Egesippus 2. Solonne delegatum servavit. 43 Vestigium juris veteris hic observandum, quo uxori non habenti solidi capacitatem licebat legare usumfructum tertiæ partis bonorum; & cum liberos habuisset, ejusdem partis proprietatem. *ut l. 78. §. 14. ff. ad SC. Trebell.* Ulp. *tit.* 15. *verf. præter decimam. l.* 10. *ff. de præscriptis verb. l.* 48. *ff. de usur. l.* 24. *ff. de admin. & l. ult. ff. de usufruct. leg.* adde Cujac. 10. *obs.* 17. & 18. *obs.* 16. 44 Quandoque liberos habuerit. *Ulp.* 15. quandoque liberos habebit. *l.* 25. *ff. de cond. & demonst. qui liberos* habuisset. *l.* 48. *ff. de usur.* sublatis liberis. *l.* 24. *ff. de admin. &c.* ad tempus liberum. *l.* 61. *ff. de cond. & demonst.* in tempus liberorum. *l.* 4. *d. tit.* 45 Illud notandum. *l.* 1. *supr. de cond. insert.* Nec interest natus sit vivo an mortuo testatore dum poli inflamentum. *l.* 9. *l.* 61. *ff. de cond. & demonst.* neque ex alio matrimonio. *l.* 25. *ff. de cond. & demonst.* 46 Licet nullæ filium, propter quem consecuta est legatum, amiserit, non propterea legatum amittit. 47 *l.* 22. *ff. h. t.* 48 Hæc verba *cum ad statum legitimum pervenerit*, legatum mora, non conditione suspendunt. *l.* 46. *in fin. ff. ad SC. Trebell.* 26. §. 1. *ff. quando dies.* Tempus certæ ætatis adjectum legato, legatum conditionale non facit. Ideoque licet legatarius ante ætatem moriens; petitio legati ad ejus heredes transmittitur. adde Hotom. *consf.* 21. An idem erit, si ita legatum sit, Cum impleverit? vid. *l.* 10. *ff. de cond. & demonst.* vid. Hotom. *ibi.* 49 Aliud mora, aliud conditio. *ut hic, & l.* 60. §. 1. *ff. h. t. l.* 8. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 66. *ff. de cond. & demonst.*

50 *l.* 13. *ff. de probationib. l.* 77. §. 14. *ff. de legat.* 2. Græci ἀκμὴν, id est, justum ætatem quæ & virilis vigor. *l.* 1. §. 2. *ff. de minoribus.* ad differentiam vigoris pubertis. *l.* 4. §. *qui testamenta.* & breviter status, ætas plena, perfecta, integra, vigintiquinque annorum. vid. Cujac. 29. *de præscript.* adde quæ de legitima ætate scripsi ad *l.* 27. *ff. de neges.* 51 An & quando annus cœptus pro completo haberi debeat, dixi ad *l.* 3. §. 3. *ff. de minor. l.* 5. *ff. qui testam. l.* 46. *ff. de cond. & demonst. l.* 74. §. 1. *ff. ad SC. Trebell. l.* 8. *ff. de minoribus.* 52 *l.* 49. *ff. de oper.* 53 Fideicommissum ab intestato relinqui potest. vid. *l.* 3. *supr. ad SC. Trebell.* 54 Legatorum codicillis relictorum dies pertinde cedit atque testamento relictorum. *l.* 6. *in fin. ff. h. t.* 55 *l.* 77. §. 3. *ff. de legat.* 2. 56 Fideicommissum enim ab intestato poli diem transmittitur ad heredem eium ignorantem. unde colligitur, interdum dominium adquiri fine conscientia heredis. *ut hic, l.* 64. *in fin. ff. de furtis.* vid. Ferrarienses *in forma libelli actionis realis* 2. *in verbo*, *quæ dominii* 3. *n.* 27.

57 Dixi ad *L.* 36. *D.* 4. 58 Dixi ad *L.* 36. *D.* 3. adde 44. *Ecl.* 21. 22. 31. 59 Etiamsi nondum dies legati venerit, cautionem legatarius ab herede petere potest, qua de re Prætor summatim cognovit. Summatim, in est, de jure legitimo. sed simpliciter an legatum sit. 60 Id est, summatim; 1. 3. §. 1. *ff. h. t.* facit *l.* 14. *in fin. ff. ad legatar. nomina.*

cogno-

cognoscere, *debeatur necne fideicommissum*, sed tantum decernere, *ut satisdetur.* Sine die, & consule.

De cautione remissa.

2. Divus MARCUS [1] Stratonicæ.

IPsis rerum experimentis cognovimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationes, quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis, & fideicommissis introductæ sunt, eorundem voluntate remitti [2] possint. Quocunque enim judicio [3] voluntatis cautio legati, vel fideicommissi remitti potest. Sine die, & consule.

De pignore.

3. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Symphoro.

SI postquam [4] servandi legati, seu fideicommissi gratia in possessionem inductus es, pignoris obligatio, aut venditio ab herede interveneritprædecedere [5] causam tuam [6] quam jure prætorio [7] veluti pignus habuisti, manifestum est. PP. 11. Kal. Decembr. DEXTRO, & PRISCO CONSS. 197.

De rogata restituere hereditatem, cum morietur.

4. Imp. ANTONINUS A. Protagoræ.

CUm Artemidoram patri pupillorum tuorum heredem extitisse proponas: quamvis *ut fideicommissam hereditatem his, cum* [8] *moreretur, restituere* petita sit, nullam tamen adversus debitores hereditarios habent pupilli tui actionem. Plane, ut satis fideicommissorum nomine Artemidora det, (si [9] modo testator id fieri non prohibuerit) apud suum Judicem conveni. PP. 3. Kal. Julii, LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De jure missi in possessionem.

5. Imp. ALEXANDER A. Paulinæ.

QUi legati, sive fideicommissi servandi causa in possessionem mittuntur, non [10] proprietatem nanciscuntur, sed jus pignoris [11]. Ut autem, & post acceptum pignus satisfiat defuncti voluntati, competens Judex te adeunte providebit. PP. 3. Id. August. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De fideicommissario in possessionem mittendo.

6. Idem A. Donato.

CErta est forma jurisdictionis, qua fideicommissi servandi causa in possessionem rerum, quæ in causa hereditaria sunt, aut dolo malo esse deserint, is, cui legati, vel fideicommissi nomine satis non datur, mittitur, vel in proprias [12] res heredis, si fideicommisso satis non fit post [13] sex menses quam peti cœperit, secundum divi Antonini [14] patris mei constitutionem. PP. 6. Id. Januar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

An cautio possit remitti.

7. Idem A. Proculiano.

SCire debetis, fideicommissi [quidem], & legati satisdationem remitti [15] posse, Divum Marcum & Divum Commodum constituisse. Ut autem *boni* [16] *viri arbitratu is, cui ususfructus relictus est, utatur fruatur*: minime satisdationem remitti testamento posse. PP. 10. Kal. Martii, FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De relicto civitati.

8. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Zenodoro.

COntra eos, sive successores eorum, qui Rempublicam administrantes [17] per officii necessitatem civitati sub conditione relicti fideicommissi fatis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ intererit satis acceptum non esse, dirigendam certum est actionem. Suppos. 7. Kal. Mart. CC. CONSS.

TIT. LV.

DE SUIS [18], ET LEGITIMIS LIBERIS, ET EX FILIA NEPOTIBUS AB INTESTATO VENIENTIBUS.

De sorore consanguinea.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Crispinæ.

SI fratri [19] tuo legitima heres esse potes, centum [20] dierum præfinitione non excluderis ab acquirenda hereditate [21]. PP. 3. Non. Novemb. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

1 Fit hujus constitutionis mentio in *l.* 46. *ff. de pacf.* 2 Satisdatio legati vel fideicommissi causa heredi a testatore remitti potest, *ut hic, & l.* 4. *in fine. l.* 7. *infr. h. t. Nov.* 159. *in pr. verf. Si vero in universum.* Potest etiam remittere testator, ne heredis bona hypothecæ fint subjecta legatarii. vid. Clar. 3. *fent.* 8. §. 3. *teftam.* 4. 70. 3 Indicio. Idem error multis aliis locis irrepfit. vid. Cujac. *ad Nov.* 22. hinc etiam conflat in remittenda cautione vulgari fideicommiffario, fufficere quodlibet indicium. *l.* 77. *in fin. ff. de cond. & demonft.* 4 *l.* 2. *J. qui pateretur.* 5 Habere pignus prætorium in re aliqua, præfertur poftterioribus, emptionis etiam titulum habentibus. 6 Cautum emptorum fcil. at non creditorum anteriorum. *l.* 5. §. 4. *ff. h. t.* 7 Pignus prætorium dicitur quod jure prætoris, i. e. ex edicto conftitutum. vid. *J. de prætf. pig.* vid. Cujac. 5. *obf.* 30. 8 Ante eventum dies incerti fideicommiffum peti non poteft: fuscommiffi vero fin die præftandi cautio peti poteft: nifi cautio a teftatore fit remifla & meritio: cauta enim cognita, ante diem & conditionem cavere quis cogitur. *l.* 1. *in fin. ff. qui fatisd.* 9 *l.* 2. §. *h. t. l.* 7. *J. h. t.* 10 *l.* 5. *ff. h. t.* 11 Prætorii, Prætorium enim pignus eft, quod millio in poffeffionem conftitut. *J. de prætorio pign. l.* 3. §. 1. *ff. de rebus eorum. l.* 12. *ff. pro empt.* 12 Vid. *l.* 5. §. 16. *ff. h. t.* 13 Legatarius in res heredis mittitur, fi poft fex menfes quam adiit prætorem, heres neque fatisdedit, neque fatisfecit. 14 *d.* §. 16. 15 Remittere fatisdationem ei quem gravavit legato, vel fideicommiffo, teftator poteft, *ut hic, l.* 2. §. *h. t. l.* 12. *ff. ad leg.* 1. 77. *in fin. ff. de condition. & demonftrat.* Remittitur quoque hæc fatisdatio fratri gravato reftituere alteri fratri: & matri gravatæ reftituere fuis filiis, nifi ad fecunda vota tranfierit. *l.* 6. §. 1. 8. *ad SC. Trebellian.* Vide Joleph. Ludovic. *decifum.* 63. *num.* 4. 16 Satisdatio legati heredi quidem remiti poteft, fed non illa qua caveat fe refte ufurum fruiturum: quamque finitus fuerit ufusfructus rem reftituturum. *Synopf. Basil.* 44. *tit.* 21. *cap.* 7. dixi ad *l.* 3. *de usufruct.* 17 Pro legato reipublicæ tenentur ejus administratores latisdationem ab herede petere, alias negligentes tenentur in id quod reipublicæ interefl. facit *l.* 1. 2. 3. 8. *l. ult. ff. de magistratibus conveniend. l.* 2. *J. de actio. ver.* facit *l.* 26. *ff. de neg.*

19 Hæc lex non eft de liberis, fed de agnatis ex transverfo, hoc tamen ideo factum effe potuit, ut intelligeremus in fucceffionibus inteftatorum, quid jure civili, & prætorio interefl., quod collata, & conjuncta *l.* 2. 3. *qui admitti.* apparebit ftatim. Jus prætorium per fe temporarium eft, *l.* 35. *ff. de obligationibus. fubftitut. de perpetuis & temporalibus action.* civile, perpetuum. 20 Heres legitimus fuccedendi jure non excludutur centum diebus. 21 Cur ita? quia tempus centum dierum bonorum poffeffionibus prætinitum eft, non hereditatibus. *Synopf. Basil.* 44. *tit.* 22. *cap.* 24.

De nepotibus ex diversis filiis.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Aviæ.

NEpotes ex diverfis filiis varii numeri avo fuccedentes ab inteftato, non pro virilibus portionibus, fed ex [22] ftirpibus fuccedunt. S. 3. Kal. Martii, *Hadrianopoli*, ipfis AA. IV. & III. CONSS. 290.

3. Iidem AA. & CC. Frontoni.

UT inteftato defuncti filius [23] ac nepos ex alio, qui mortis ejus tempore in rebus humanis non invenitur, manentes in facris [24] pariter [25] fuccedant: evidenter lege duodecim Tabularum cavetur: Quod & honorarii juris obfervatio fequitur. S. 15. Kal. Jul. AA. CONSS.

De posthumo filio & sorore defuncti.

4. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

INteftato [quidem] defuncto poftbumum [26] fuum heredem, quam fororem, licet confanguineam, haberi potiorem, ordo fucceffionum lege duodecim [27] Tabularum factus nimis evidenter demonftrat. S. 6. Id. Dec. AA. CONSS.

De adoptato.

5. Iidem AA. & CC. Appiano.

SI te parens, in cujus fuifti poteftate, follenniter in adoptionem [28] dedit: cum filiis naturalibus adoptivi patris ante, vel poft quæfitis defuncto inteftato fuccedere potes. Dat. 6. Kal. Mart. CC. CONSS.

De nato ex libera & servo.

6. Iidem AA. & CC. Pofidonio.

EX libera conceptus & fervo, velut [29] fpurius habetur: nec ut decurionis filius (quamvis pater ejus [naturalis] manumiffus, & natalibus [30] fuis reftitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi poteft. Suppofita 6. Idib. Februar. CC. CONSS.

De filio libertini.

7. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

FIlium habere fuum libertus [31] in poteftate non prohibetur, cum ob præteritum ftatum ex legitimis nuptiis ingenuorum exemplo filios habere liberto non fit interdictum. S. 16. Kal. Mart. CC. CONSS.

De filia defuncti apud hostes.

8. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hoftes patre defuncto, filia communis vobis, quo cafu mortis fcientia [32] non poftulatur, heres extitit fua, & ad te transmifit [33] fucceffionem. S. 12. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De filiis, seu filiabus, & nepotibus, seu neptibus ex filia.

Avo, vel avia ab intestato morienti succedunt nepotes ex filia cum avunculis & materteris, cum deminutione tertiæ partis ejus portionis, in qua parens succederet, si viveret. Salic.

9. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Conftantino P. P.

SI defunctus cujuscunque fexus, aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem functa, cujuscunque fexus, aut numeri nepotes, ejus partis, quam defuncta filia fuperftes patri inter fratres fuos fuiffet habitura, duas partes confequantur nepotes ex eadem filia: tertia [34] pars fratribus, fororibusve ejus quæ defuncta eft, id eft, filiis, filiabusque ejus de cujus bonis agitur, avunculis fcilicet, five materteris eorum, quorum commodo legem fancimus, accrefcat [35]. † Hæc eadem, quæ de avi materni bonis conftitutimus, & de aviæ [36] maternæ, five etiam paternæ fimili æquitate fancimus: nifi forte avia elogia inurenda [37] impiis nepotibus jufta femotis ratione dixerit, [& hoc fuerit legibus approbatum]. Non folum autem fi inteftatus avus, aviave decefferit [38], hæc nepotibus, quæ fancimus, jura fervamus: fed & fi avus, vel avia, quibus hujusmodi nepotes erunt, teftati obierint, & præterierint [39] nepotes, aut exheredaverint. Eadem [40] & de injufto avorum teftamento. Et fi qua filiæ poterant vel de re [41], vel de lite [42] competere actiones, nepotibus deferimus fecundum juftum noftræ legis modum, quæ de parentum inofficiofis teftamentis competunt filiis. Dat. 5. Kal. Mart. *Mediolani*, TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389.

22 Nepotes ex diverfis filiis avo fuccedunt ex ftirpibus. *ut hic.* id eft, in ftirpes. §. 6. *Inft. de hereditatis. quæ ab intefl. Novo* 118. *c.* 1. *in fin.* in ftirpem Cap. 2. *tit.* 8. §. 3. *in fin.* feu portionem patris fui, non in capita. 23 Cum filiis defuncti venantur defuncti nepotes. 24 Vid. *l. ult. in fin. J. ad SC. Tertyll.* 25 Si tamen nepos unicus fit: aliquin fi fi. lius tuus fit, quatuor nepotes: hereditas non in quinque, fed in duas partes dividetur. vide *Nov.* 18. *c.* 1. Ideoque five nepotes patrais concurrant, *ut hic*; five patruorum liberi, in ftirpes femper fuccedent. *l.* 2. §. 6. *t.* 26 Poftbumus admittitur ad hereditatem defuncti. *l.* 3. §. 9. *ff. de fuis.* & forori defuncti præfertur, *ut hic.* 27 *d.* § 5. 28 Adoptivus admittitur ad fucceffionem cum filiis legitimis & naturalibus, five ante, fi. ve poft adoptionem nati fint. *Synopf. Basil.* 45. *tit.* 2. *c.* 26. & 5. Harm. 8. §. 8. *l.* 1. §. 6. *ff. unde liberi.* §. 2. *Inft. de her. qua ab intestato.* 29 Νεογνήτου 45. *Ecl.* 2. *c.* 28. *l.* 1. *fupr. feftatu.* 30 Dixi ad *l.* 5. 8. *de jure anulorum.* 31 Nihil impedit quominus libertus filiis poffit fuccedere, cum eos habeat in poteftate. 32 Sui heredes etiamfi ignorantes fe heredes effe, naturæ concefferint, hereditatem parentum transmittunt ad heredes fuos. 33 Transmittit hereditatem etiam non aditam heres fuus ad quoscunque heredes licet extraneos, *ut hic.* Cujus fententiæ variat exceptiones vide apud Sociinum *reg.* 72. adde quæ de transmiffione dixi ad *l. unic.* 6. *fupr. de caducis tollendis.* 34 Nepos ex filia avo materno fuccedit cum avunculis & materteris, cum deminutione tertiæ ejus portionis in qua mater ejus fuccederet, fi viveret, *ut hic, & l.* 15. *J. de collat.* *l.* 4. *C. Theod. de legit. her.* § 15. *in fin. Inft. de her. qua ab intestato.* Hodie fine deminutione fuccedit, *l. ult. J. eod. Nov.* 18. *c.* 4. & 118. *c.* 1. licet neque fui, neque legitimi fint. Ideoque hæc lex ejusque fimiles abrogantur: abrogatur etiam jus vetus quo ex filia nati, poft hujusmodi agnationem vocabantur. § 15. *Inft. de her. qua ab intefl.* 35 Hic integra fententia. *C. Theod. d. loco.* præterimiffa eft. Ea ita habet: *Quod fi hic defunctus, de cujus bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, fed pateres filios non habebit, fed qui profpari nepotibus poffint habebit adoptatos, in quorum Patriciatum, & in ordinem nepotis jure fuccedant.* 36 Nepotes ut fuccedunt avia materna. 37 Ne dicat cum Accurtio, Nepotes ex filio juffis de cauffa poffe exheredari ab avia. Nam agitur hic de fucceffionibus ab inteftato, nemo vero exheredatur ab inteftato, fed nepotem exheredatum a patre, vel matre non repræfentare vicem fui parentis in fucceffione avi, vel aviæ. adde Cujac. 18. *obf.* 17. 38 *Defuerit. d. l.* 4. *C. Theod.* 39 Nepotes ex filia præteriti rumpunt teftamentum aut injufte exheredati quærela inofficiofi utuntur. *d. loco.* 40 Hæc vox deeft in C. Theod. *d. loco.* 41 De hereditatis petitione. 42 Querela inofficiofi.